

Bernardus & Hugo. Planck. 3 bīg. 22 mīg.
15a. 7

Inclpit modus vacandi & acceptandi beneficiorū.

Decimus modus vacandi est. Si quis possidet beneficium curatum; & postea contingit ipsum assequi aliud curatum apostolica vel quacunq; alia auctoritate scilicet ordinaria vel iure patronatus; primū beneficium quod antea habuit vacat; nisi obtenta dispensatione apostolica. Et expectantes vigore gratie tale beneficium acceptare non possint; sed est apostoli sedi specialiter reseruatum.

Secundus modus est. Si quis habuerit beneficium curatum & postea obtinuerit a domino nostro Papa gratiam de beneficio cum cura vel sine cura; & si anteq; gratia sortiatur effectum non permittat vel resignat; tale beneficium curatum vel non curatum ipso facto vacat; & est sedi apostolice reseruatum.

Tertius modus est. Si quis habet beneficium cum cura vel sine cura; & q̄cito gratia sua sortita est effectū primū beneficium quod impetrans obtinuit vacat; nisi mentionē fecerit de tali beneficio obtento in impetratiōne sue gratie expectatiue.

Quartus modus est. Si quis habet beneficium cum cura; & postea gratiam impetravit de beneficio cum cura vel sine cura; alter potest primū impetrare per clausulam sperare vacare. Et q̄cito aliud beneficium assequitur cum cura; ille secundus habebit primū. Etiā si interim resignaret hīmōi occasione & nullius alterius; etiam qualitercumq; vacaret; nisi per mortem.

Item si quis habet beneficium propter quod teneatur se facere promoueri ad sacros ordines infra annum. Et si nō fecit se promoueri post habitam pacificam possessionem; tale beneficium vacat per non promotionem. Sed tamen Episcopus potest secum dispensare ad septenniū causa studij & non alio; sic tamen q̄ infra annum sit ordinatus in subdiaconū. Papa autem potest dispensare ad placitum ex quacunq; causa.

Item cum lis pendet inter duos vel tres super uno beneficio vel pluribus; dum moritur unus litigantius & lis ipsa non sit decidua; beneficia hīmōi vacant & sunt referuata; & surrogantur colliti.

gans in iure defuncti; etiam infra mensem alterius impenetrantis;
iuxta regulam de surrogandis collitigantibus.

CItem per apparentem incorporationem; ut cum religiosi ha-
bent collationem ad certa beneficia que clericis secularibus con-
ferenda sunt. Et si ipsi suis fratribus conferant ac si ista essent in
corporata etiam vacant.

CItem per liberam resignationem; vt si aliquis resignat aliquod
beneficium coram notario & testibus; vel in manus habentis po-
testatem admittendi resignationem hmoi etiam non consensu pa-
tronii interueniente; tale beneficium vacat.

CItem vacant beneficia per contractum matrimonij per verba
de presenti.

CItem si quis habet beneficium ecclesiasticum & ingreditur mona-
sterium; vel aliquam duxerit uxorem beneficia sua vacant per in-
gressum monasterij; vel religionis; vel contractum matrimonij.

CItem nullus illegitimus potest obtainere dignitates; persona-
tus; vel officia in Cathedrali ecclesia vel etiam Abropolitani.
Et si quis illegitimus habet talia beneficia absq; dispensatione
apostolica vacant; & sunt Sedi apostolice reseruata.

CItem vacant per irregularitatem; vt si quis iniecit manus vio-
lētas in clericū vel in aliquam personam ecclesiasticam; & se po-
stea diuinis immiscuerit.

CItem omnium illoꝝ beneficia vacant qui celebrat in loco inter-
dicto; vel coram excommunicato. Sententialiter tamē per iudicem
declarari debent alſ non vacant.

CItem si quis habet beneficium cum cura vel sine cura & po-
stea promouetur in Episcopum vel Abbatem beneficia vacant.
Si in Episcopū per munus consecrationis. Si in Abbatem per
munus benedictionis.

CItem si quis habet beneficium ecclesiasticum & moritur in cu-
ria Romana; vel infra duas dietas legales a Curia; ipsius bene-
ficia sunt Sedi apostolice reseruata.

CItem si quis habet beneficium cum cura; vel aliquam digni-
tatem; & non est vigintiquatuor annoꝝ; suum beneficium vacat;

nisi super hoc dispensatione obtenta.

CItem per promotionem; vt si quis promoueatū ad sacros or-
dines sententia maioris excommunicationis ligatus; ipso facto be-
neficia sua vacant.

CItem per promotionem; vt si quis promoueretur ad sacros
ordines sententia excommunicationis minoris ligatus; ipso facto
sua beneficia vacant.

CItem per non promotionem; vel residentiā; vt cum beneficiū
ex officio vel fundatione requirit residentiam; aut moram perso-
nalem; non habita dispensatione illius non residentie; omnia ta-
lia beneficia vacant. Et ille casus frequenter contingit in benefi-
cijs que sunt de Jure patronatus laicop. Et contingit quando
ex officio vel fundatione requirit presbiterū; vel unum qui pro-
cedere possit infra annum ad sacros ordines. Et collatores con-
serunt aliquando illi qui impetrat dispensationē sub conditione;
quod primū venerit ad annos discretionis promouatur et perso-
naliter in beneficio resideat; quod si nō fecerit beneficiū vacat.

CItem vacant per permutationem simoniaca prauitate vel pa-
cto interueniente.

CItem per inhabilitatem; vt si minor. xv. annorū sine dispen-
satione obtineat beneficium; vacat illud de facto.

CItem beneficium vacat si quis in infirmitate cōstitutus resig-
naret aliquid beneficiū ubiunq; in Ro. cu. vcl extra; si moritur
infra. xx. dies tunc beneficia resignata vacant per mortem et nō
per resignationem; et sunt Sedī apostolice reseruata.

CItem per irregularitatem homicidij; vel non curantis manda-
ta apostolica executione demandare.

CItem si quis stetit per annum in excommunicatione ipsius be-
neficia vacant. Similiter eius qui celebrat coram excommunica-
tis. Vel scienter in loco interdicto.

CItē vacant beneficia cū cura; etiam dignitates; personatus; sive
per constitutionē Execrabilis fe-re. Io. pape. xxii. hoc modo sci-
licet si quis habet unum beneficiū curatum; aut dignitatem; aut
personatum; et retinet primū cum secūdo per mensē sive dispen-

satione tunc vacat vtrungq; et p̄dit tam priuū q̄ sc̄m: et efficitur
inhabilis ad illa et qualiacunq; beneficia ecclesiastica similia vel
dissimilia obtinenda. tamen simplicia et alia sine cura que digni-
tates et personatus non sunt per eum prius habita.

C Item quandoq; vacant beneficia per reuocationem vnyonu-
z et incorporationum.

C Item quandoq; per reuocationem cōmendarium factaruz au-
toritate apostolica vel ordinaria.

C Item si quis acceptat cum gratia sua expectatiua et non publi-
cat seu publicari faciat instrumentum acceptationis et prouisio-
nis cum alijs litteris; tale beneficium vacat.

C Nota q̄ post citationem executam lis dicitur pendere in tan-
tum q̄ si alter litigantium moritur in Curia vel extra lite indeci-
sa; tunc unus papalis non potest illud beneficium acceptare; sed
solus Pape habet de illo dispensare. Caveat ille litigans q̄ fa-
ciat se in ius defuncti surrogare ne alter ipsum preueniat ad mi-
nus per mensem; quia litigans habet totum mensem post impe-
trantem se surrogari facere in iure colligatis defuncti. Que pra-
ctica est multis ignota; et tamen ita Rota seruat. Et idem si litig-
gantes simul cōcordent lite indecisa; et alter ipsoz moritur et nō
renuntiet tunc illud beneficiū iterum censemur Pape reseruatu-
z et nō cadit sub gratia expectatiua. Et hoc est veruz si lis pendet
in Ro. Cu-secus tamen alibi etiam si aliquis renuntiet beneficiū
in Curia tunc etiam censemur in dispositione solius Pape.

C Item si quis impetrat aliquod beneficiuz realiter devolutum
vel reseruatum vel als debito modo vacans. postea impetrans
aliud beneficiuz et nō curat prosequi primū; tunc illud beneficiuz
stat in dispositione solius Pape. Nec revertitur potestas pro-
uidendi ad ordinarium.

C Item per liberam resignationem; vt si quis resignat aliquod
beneficiū corāz notario et testibus; vel ad manus habentis po-
testatem admittendi resignationem hīdī cum consensu patroni
interueniente; beneficium vacat apud collatorem. Nisi resigna-
tio ista non sit realiter probata scilicet q̄ impetrans sit effectuall

ter adeptus possessionem illius beneficij; tunc priuus reuertitur
ad suum principium.

CItem gratiam in comuni forma pauperum aliquo si habente publicationem gratie homini; ordinarius confert beneficium vacans collatio tenet eum aliquos. Aliqui tamen dicunt quod non scilicet dominus minus. Ioh. Cal. qui tenet per arte purificationem gratie manus ordinarii sunt clause et ligate; dummodo infra mensem post vaccinationem beneficium purificet et acceptet; et ita fuit alio obliteratum. Se

cus tamen est de gratia speciali.

CItem habens gratiam in comuni forma pauperum ante vaccinationem tenetur ordinario litteras suas insinuare; alio non potest acceptare. Sed habens gratiam in speciali non tenetur nisi propter concurrentes et maiorem diligentiam.

CItem si expectantes sunt in diocesi et vacet beneficium in mensa pape; ordinarius non potest conferre infra mensem post vaccinationem; et hoc propter decretum irritans pape. Sed si non fuerit acceptatum infra mensem; tunc post mensem conferre potest; et sic valet.

CFinis modus vacandi.

Institutum. **I**ncipit modus acceptandi.

Primo impetrans habeat nomina beneficiorum in scriptis in sua collatione; et tempore quo voluerit acceptare accedat ad notarium cedulam habens in manu in qua continentur nomina beneficiorum; et prestando dicat. Domine notarie, ecce accepto quodcumque beneficium in viam gratie mee expectative et litteras apostolicarum desuper consecutarum et processuum vigore desuper fulminatorum mihi debitum vacans per mortem aliquorum quorum nomina in ista cedula continentur; et cuiuscumque alterius collationis sub protestatione solita et consueta; videlicet si in quantum alii quod illorum mihi de iure debetur; alioquin gratia mea salvia maneat et illesa ad quodcumque aliud beneficium de iure mihi debatum. Et requiro vos tanquam subrectorem in viam clausule. Ceterum mihi per principalem executorum deputatum quod mihi modo de beneficio sub protestatione premissa prouideatis. et prouisione facta requirens ipsum ut supra acceptatione et prouisione sic factis conficiat unum vel plura publicum seu publica instrumentum vel instrumenta.

Explícit modus acceptandi.